SVMMA ET SYNOPSIS NOVI TESTAMENTI DISTICHIS DVCENTIS SEXAGINTA, QVAE TOTIDEM CAPITIBVS RESPONDENT,

comprehensae

Prior a IOANNE SCHEPREVO Oxoniensi olim [illegible] Posteriores ERASMO ROTERODAMI *Editione [illegible] Tyrannidis* [illegible] [illegible] pietatis & Theologiae candidatis non [illegible] LAVRENTIO HUMFREDO [illegible] [illegible]

[illegible] est eiusdem

De [illegible] Christianorum [illegible] [illegible] Adamantio.

I. H. AD LECTOREM.

Distichorum legas, voluas, & mente [illegible] [illegible] pretium, Carmen & ordo [illegible]

OXONIAE,

Ex officina Typographica IOSEPHI [illegible] Anno D. 1586.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

ADMONITIO
LAVRENTII HVMFREDI AD Studioſos.

ETVS eſt nec minus venuſtum quod vulgò canitur,

Si Chriſtum bene ſcis, ſatis eſt, ſi cætera neſcis:
Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cætera diſcis.

Doctrina autem hæc Chriſti non ex ciſternis prophanarum artium, nec ex lacunis humanorum codicum, ſed ex ſcaturigine ſacrarum literarum deriuatur. Ex ignoratione verò huius precioſi verbi, ipſius Dei, omniſq; diuinę Religionis cõtemptio, ſeditionum tempeſtates, ſuperiorum inſolẽtia, inferiorum contumacia, omnium ordinum luxatio, omnis virtutis extinctio, omnium vitiorum inundatio, rerum publicarũ conquaſſatio, Eccleſię peſtis & pernicies exiſtunt. Optandũ itaq; & à Deo præpotente votis ardentiſſimis contendendũ, vt ſtatim ab vberibus matris tenellæ paruulorum mentes hoc lac ſimplex ſincerumq; diuini ſermonis imbibant, quò pueri boni primùm, mox viri meliores, ſenes demum optimi ſanctiſſimiq; euadant. 1. Pet. 2.

In Cap. Patrum.

Sed prò dolor, cùm discipulorum quatuor genera ab Hebræis non malè numerentur, alij spongiæ, alij clepsydræ, alij sacco, alij cribro, non ineptè comparentur: plures hodiè inueniuntur, qui quęlibet tam mala quàm bona promiscuè attrahunt, & hauriunt instar spongiæ: plures qui salutaria pręcepta fidei vna ex parte recipiũt, sed altera eadẽ effundunt velut clepsydræ: plures cum sacco feces scientiæ fucatę capiũt, quibus tamen omne vinum euangelicum & purum effluit: at qui cum cribro puluerem eijciunt, & puriorem farinam & similam veritatis retinent, hij quidem sunt pauciſſimi. Etenim patrum nostrorum memoria irrepsit fędissimus scholarũ abusus, & adhuc apud nos multis in locis inualescit, nẽpe quòd nostri Christiani prophanas literas singulari studio & vnicè consectantur: scilicet vt cum Gallo Æsopico in sterquilinio verrant, quò tandem aliquando gemmam, si Dijs placet, non satis nitidam nec solidam reperiant. Cur autem sacra in hoc Christiano pædagogio prorsus omittantur, & prophana solum manibus puerorum tractentur, equidẽ causam nullam vel probabilẽ hactenus potui inuenire. Quòd si antiqui Patres, Prophetę, Apostoli, Iudęi

Abusus scholarum in Papismo.

&

& Christiani hodie reuiuiscerent, & hunc nostrũ docendi in scholis prępostęrum & prophanum morem viderent, sacra de manibus deponi, prophana sumi, Quidios, Catullos, Martiales, homines Atheos & obscœnos, Christianis auribus solos obtrudi, oculis ingeri, animis insculpi: si Christi Testamentũ, & omnes sacros libros quodammodo explodi cernerent: talem profectò, in Christianismo paganismũ mirarentur & obstupescerẽt. Etenim hac in re & dei iussa violamus, & ab exẽplo omnis antiquitatis recedimus, & fit vt nõ modò in studijs, prophani simus & illoti, verũ etiã impuri & inquinati in tota vita & moribus. Siccine in prophanitatis ludo instituta est Patrjarcharum soboles, aut Iudæorũ liberi, quibus dictum est, Vt nõ in consilijs impiorũ ambulẽt, nec vijs sceleratorũ insistant, nec in cathedra derisorum sedeant, sed vt lege diuina se oblectent, eamq; dies ac noctes meditentur? *Lectio Ethnicorum.* *Institutio Iudęorum.*

Siccine educatus ab Eli Samuel, ab Elia Elizęus, & ab his filij Prophetarum? aut à Nathane Dauid, qui se dicit à puero diuinitus edoctum, se magistros suos & ipsos senes diuinarum rerum cognitione & scientia antecelluisse? qui scribit tũ demũ vitã *Ps.70.* *Ps.118.*

adoleſcẽtis corrigi, vbi Dei mãdata ſeruare didicerit? aut à Dauide Salomó, qui fuit patris ſui tener & vnicus filius parentũ diſciplina inſtructus, qui alios quoq; monet Domino filios ſuos initiare & dedicare, vt cùm conſenuerint non obliuiſcantur? aut Tobias qui à patre, aut Auguſtinus, qui à matre & Ambroſio alijſq; edoctus fuit & conuerſus? aut Theophilus ille qui in Euangelio Lucę Catechizatus dicitur? Bonum eſt, inquit Hieremias, homini, ſi iugum hoc portauerit ab adoleſcentia: ergo pueros Chriſti nihil Chriſtianum, nullam cæleſtis notitiæ lucem aſpicere, ſed in vmbra mortis, in tenebris, in caliginoſo prophanitatis humanę ſpecu ſolummodo verſari, malum cenſendum eſt. Hinc vſu venit, vt iugum Chriſti humeris Chriſtianorum excutiatur, vt ſenes à pueritia ſacris nullis Chriſtianæ religionis inſtituti, diuinum onus, quod leue & ſuaue eſt, non ſuſtineant ſed reijciant, vt doctrinam cui pueri non ſunt aſſuefacti nouam appellent, vt in hac Chriſtiana reformatione clament, *Rumpamus vincula eorum, & lora à nobis abijciamus*: vt in iuuẽtute non eruditi, & iuxta ſapientis conſilium, non incuruati recalcitrent & gibboſi Cameli euadant regnum cælorum

Prou. 4.

Thren. 4.

Pſa. 2.

nunquam ingressuri, vt cæci & superstitiosi senes & obfirmati Papistæ sint, quia pueri nullo Catechismo imbuti fuerunt. Difficile est vetulum canem loris assuescere: mortuum sanare, & senem erudire, idem esse dixit Philosophus Diogenes: Pius labor sed periculosa præsumptio senis mutare linguam, scribit Hieronymus: Ne me doceto annosum iam & veternosum, ac propterea indocilem, inquit ille apud Theognidem. Olim pueri senes, nunc senes pueri, imò bis pueri, quippe qui principia pietatis vix morituri intelligunt. *In proleg. in Euang.*

Itaq; magistratus & scholarchæ si subditos obedientes, & ciues sanctorum, & domesticos Dei esse velint, in hoc incumbant præclarissimum studium, vt antiqua consuetudo non solùm Catechizandi sed etiam sacros libros prælegendi in puerili schola iamdudũ nouissimis hisce & nequissimis temporibus intermissa reuocetur, ne pueri imò viri nostri in Ethnicos, in filios iræ & tenebrarũ, quasi Circeo poculo commutentur. Profecto hoc laudabiliter olim factitatũ fuisse præter ea, quę iam dicta sũt, testari potest Iudæorũ diuina institutio, apud quos non Paganismus aut Ethnicorũ scripta versabãtur: sed in quauis vrbe, ac in

omnibus ferè pagis celebrabãtur Scholę & Synagogę, quas domos Congregationũ & Inquisitionũ vocabant, vbi prophetę, Leuitę, & alij verbũ Dei exponebant, nimirum vt ipsis Hebræis astipulantibus doctorum series nunquam deficeret, & discentium numerus creſceret, & doctrina cœlestis fusius & latius manaret. In Capitulis Patrum alia Iudæorum educatio, alia institutio præstantior traditur: quippe eorum liberos anno ætatis quinto Mikra, id est, Biblia, anno decimo Mischnah seu Commentarios suorum doctorum, anno decimo tertio Mitzuoth seu præcepta, anno decimo quinto Thalmud, & disputationes Rabinorum legere oportebat. Idẽ testari possunt breues illæ nostrorum Tractationes Theologicę, & Symbola Apostolorum, Concilij Niceni, Athanasij, eiusq; Synopsis, Augustini libri, De rudibus Catechizandis, De Soliloquijs, De fide ad Petrum, De Doctrina Christiana, De fide & Symbolo, Enchiridion, Manuale, & alia eius opuscula: præterea Cyrilli Catechismus & aliorum, nonnullorum, vt teneris animis hæc pietatis rudimenta infigerẽtur. Fuit fuit tũ aliud seculum nostro fælicius & sanctius, alii tum Catechumeni, alii mores, alii pueri nostris sacerdoti-

Vetus Christianorum Paedagogia.

cerdotibus doctiores, cùm pueri facerent quod noſtri detrectare ſolent, & facere non poſſunt: cum pueri & infantes diuinas laudes, ore ſuo puriſſimo ad deſtruendum inimicum & vltorem, iuxta Dauidis dictum perſonarent: cùm pueri Maccabæi ſeptem Tyranni minis non perterriti religionis ergò omnibus ſe tormentis obijcerent: Cum Iſaac puer familiari patris Abrahæ diſciplina præmunitus, & Deo & Patri obedientiam præſtaret, & ligari ſe & immolari tanquam innocentem agnum pateretur: cum pueri viris tacentibus, Hoſanna in excelſis clamarent: cùm puer Origines Martyr eſſe cuperet, & patrem ad martyrium ſubeundum confirmaret: Caue tibi, inquit, ne propter nos aliud quid cogites: cùm Athanaſius puer tanquam Epiſcopus, alijq; æquales, multa ſecretiora & myſtica eccleſiaſticè & grauiter ludendo peragerent: cum pueri Samoſatenſes in foro ludentes pila forte pedibus Lucij (quē Arrianum vt lupum & inſidiatorem gregis, & Aſinum odio proſequebantur) aduolutā, magno zelo pilam ſuam contaminatam eſſe exclamarent, & per ignem accenſum traiectam flammis luſtrarent: Cum Petrus puer nomine Chriſti Nicomœdiæ crudeliſsi-

Pſ.8.

2.Maccab.7

Gen.22.

Math.21.

lib.5.c.23.

Ruffin.l.1.c.14.

Theodorit. Eccleſ. Hiſt. l.4.c.15.

Euſeb.l.8. c.6.

liſsimam mortem ac martyrium ſuſtineret, nec vllo genere ſuppliciorum à ſententia & fide poſſet reuocari. Exemplo etiam pueris ſit Chriſtus puer, qui vt ætate creuit, ita etiam gratia & ſapientia. Quoniam ergo ita ſe res habet, quædam in hoc tempore viſum eſt ſubmonere, vt veræ Theologiæ ſtudium promoueatur melius, & perficiatur celerius.

1 *Religionis regula verbum.*

Vnum, vt Tyrunculi omnes mecum recognoſcant, pietatem non ex quouis Catechiſmo, aut à quouis homine, aut quouis modo petendam eſſe, ſed ex Canonicis Scripturis, ſicut dictum eſt & probatum. Hoc conſilium ſuggerit in ſua philoſophia ipſe Ariſtoteles, quando ait, Nó parum referre, hoc an illo pacto à pueris conſueſcamus, imò plurimum intereſſe, vel potius in hoc ſitum eſſe omne momentum. Ideoq; caueant ſibi à nouis Catechiſmis Tridentinorum patrum, ab Aſſertione Ioannis Hofmeſteri, ab Anglico Catechiſmo Laurentij Vauſi apud Ioannem Foulerum Louanij impreſſo, & ab omnibus iſtiuſmodi Inſtitutionibus aliorum Pſeudocatechiſtarum atq; nouorum Ieſuitarum & Papiſtarum, qui Preces & Ceremonias Romanæ Eccleſiæ, ſacrificium & Canonem Miſſę, & doctrinas

Ethic. 2.

doctrinas de ſeptem Sacramentis & Sacramentalibus vetuſtati ignotis exponunt, vbi ſtatim diſcent pueri miſſanti operam dare, Exorciſtarũ, Acolythorum, Lectorum, Oſtiariorum munere fungi, imò creſcente ætate ſacrificandi artẽ nefariè exercere. Hanc religionem magiſtri ſcholarum pueris tradere Concilij Laterani decreto, Præſidente Leone, coguntur: vt præter & vltra præcepta diuina, & articulos fidei, etiã diebus feſtiuis Eccleſias accedant, illic hymnos, illic Sanctorum vitas, illic Miſſas & veſperas ſuperſtitionis plenas, aliáque officia audiant. Vt autem ad hanc Chriſtianæ religionis cognitionem perueniatur commodius, hijs vijs & veſtigijs licebit ingredi.

Operæpretium enim eſt vt certum fundamentum religionis ſibi iaciant & ſubſternant, articulóſque fidei Chriſtianæ ad manum habeant, & ad vnguem teneant, quod quadam explicatione capitum Doctrinę & veluti Compendiaria Catecheſi fieri poterit breuisſimè & optimè. Debitorem ſe fuiſſe agnoſcit & profitetur Paulus Græcis & Barbaris, eruditis pariter & rudibus. Sicut ergò ille docere omnes doctos & indoctos, ſapientes & inſipientes debuit: ſic omnes illi viciſſim debent Paulinæ doctrinæ Hypotypoſim

2 *Compendium catecheticum.*

potypoſim & formam diſcere.

3 *Plenior tractatio locorum communium.*

Tertiò, non ſufficit Theologię ſtudioſo hoc ſuccinctum compendium, & quaſi Epitomẽ Religionis in promptu & procinctu habere, verumetiam requiritur copioſior locorum Communium tractatio, in qua orthotomia quadam & Methodo pluribus argumentis conſtituatur & conſtabiliatur munitiſſima arx veritatis, atq; etiam diruatur & euertatur Babylon vanitatis, vt eſt ad Titum. 1. Sic enim obſeruarunt ſemper Eccleſiæ Proceres vt dogmata diſtinctè & diſtributè proponant & probent, aduerſarias item rationes expendant & improbẽt. Sic colligi poteſt ex conflictationibus Patrum contra hæreſes & gentes, ex Sententiis & Diſtinctionibus Lombardi, ex Summa Th. Aquinatis, ex dictatis & locis communibus Philippi Melanchthonis & W. Muſculi, ex Decadibus Bullingeri, ex Caluini, P. Martyris, H. Zanchii, aliorumq; noſtrorum Proteſtantium Inſtitutionibus & Prælectionibus: quem morem etiam nunc in Germania retinent, ſic omnia articulatè & enucleatè dictantes, & iterum atq; iterũ inculcãtes, vt ea non modò auribus ſed etiam calamis audientium excipiantur. Hanc dictandi conſuetudinem & inſtitutum mutuati

tuati sunt à nostris R. Bellarminus & alij Iesuitę, qui omnia minima quasi mansa, & offulas Papisticas suis Nouitijs in os ingerũt.

Quartò, exigitur sacri Textus lectio, & cognitio & meditatio: nimirum quia illa superiora huic basi & colũnę innitũtur: qua sublata aut neglecta concidunt. Ad Textum intelligendum & eruendum, studium, preces, collatio locorum, publicæ lectiones, & selectæ interpretationes plurimum adiumenti conferent. 4 *Textus sit familiaris.*

Sed quorsum aut vndè hæc oratio? aut, quæ causa huiusce subitæ & tumultuariæ scriptionis? Dicam liberè & planè, Lector æquissime. Cœpi aliquoties de his omnibus aliquid mecum cogitare, concipere, & parturire, accensus amore iuuandi & acuendi studiosos nostræ Theologiæ, maximè verò Christi paruulos: quæ si Deus voluerit, & ego valuero, elucubrabuntur, & edentur si non citò, at vt spero, non serò, sed aliquandò suo tempore. Interim vt quod à me postremo loco erat positum, primo expediatur & conficiatur, & vt ad Textus intelligentiam aliquid lucis, & ad eius meditationem & recordationem aliquid opis afferatur: venit commodè in mentem & tandem in manus Ioannis Schepreui Oxonienſis

Distichа I. Schepreui Textum aperiunt.

ensis Somato-Christiani quoddã opusculum, quo ille capita singula Noui Testamẽti doctè, breuiter, eleganter complexus est quibusdã Distichis. Cum enim G. Edrichus medicus eiusdẽ Schepreui Hippolytũ Ouidianę Phędrę respondentem poëticè conscriptũ malignè nõ suppresserit, sed nuperrimè impresserit: cur ego Theologus opusculũ διολογήματι & sacrũ poëma Iesu Christi Theologię cultoribus inuiderẽ? Cur in occulto latere, in tenebris iacere finerẽ? Nactus igitur exẽplar manuscriptum, cum eo quod B. memorię Reuerendiss. Episcopus Noruicẽsis Ioannes Parkhurstus ante multos annos in lucem edidit, diligenter cõtuli, alioſq; versiculos eiusdẽ argumenti & similiter ordine Alphabetico compositos, & in Erasmi Rot. Editione insertos, & ex diuersis exemplaribus correctos, simul publicare volui, quo iuuenes nostri, Textuales, vt loquuntur, fiant: Quod facillimè assequentur, si libeat post lectionẽ Textus. Disticha hæc edisce re. Si cui placeat D. Rodolphi Gualteri Tetrasticha, aut alia, quæ extant Monosticha adiungere, illa Paraphrasis illustrabit, & varietas delectabit. Eusebius certè in sua Historia Ecclesiastica refert, Commẽtarios quosdã rerum gestarũ velut

...f. lib. 6. p. 5.

Pilati

Pilati & Seruatoris noſtri refertos blaſphemia cõtra Chriſtũ à miniſtris & ſacerdotibus Maximini cõfictos fuiſſe, & de ſentẽtia Imperatoris per vniuerſũ Imperium diuulgatos, vnà cum literis mandantibus, vt per Ludimagiſtros in ſchola pueris traderẽtur, & exponerẽtur, & loco aliarum diſciplinarum diſcerentur, memoriterq; tenerentur. An verò illi in Regno Satanę promouendo ad interitum noſtrum euigilabũt? & nos in Chriſti cauſa eiuſq; doctrina percipiẽda & propagãda nõ expergiſcemur? nõ elaborabimus, vt & ipſi eodem modo diſcamus & alios doceamus? Patres Hebręi in ſuis Capitulis ſic dicunt, Qui diſcit a ſocio ſuo, caput vnum, vel lectionem vnã, vel verſum vnum, vel tantum literã vnam, tenetur illi honorem deferre: & nos honore non adficiemus eos, qui nobis tot literas, tot verſus, tot lectiones, tot capita, imò omnia Capita N. Teſt. id eſt, totum Euãgelium ſalutis noſtrę plenè, diſertè, metricè explicarunt? Hæc prępmittere volui, ne Typographus hoc Nouę Scripturę corpus ſine capite aut fine aliqua commendatione in lucem emitteret.

Commendo igitur tibi, amice Lector, autorem, vt honores, opus vt in eo mediteris, & te ipſum Deo, vt te in omnes ætates conſeruet, in quo ſtude, viue, Vale.

LIBRORVM NOVI TESTAMENTI ELENchus & ordo per Cor. Grapha. & in margine additus est numerus singulorum CAPITVM.

Cap.28. Matthæus Christi stirpem, & genus ordine narrat.
Cap.16. Marcus Baptistam clamantem inducit eremo.
Cap.24. Virgine proghatum Lucas describit Iesum.
Cap.21. Prodit Ioannes verbi impenetrabile lumen.
Cap.24. Ardua Apostolico Lucas canit Acta triumpho.
Cap.16. Paulus Romanos docet uni fidere Christo.
1.c.16.2.13. Bina Corinthiacos castigat Epistola fratres.
Cap.6. Obiurgat Galatas quod retro à tramite cedant.
Cap.6. Clara Ephesus magni recipit scripta aurea Pauli.
Cap.4. Paulina infractos collaudat charta Philippos.
Cap.4. Sancta Colossensem confortat Epistola cœtum.
1.Ca.5.2.3. Bis Thessalonicam hortabundus scribit ad urbem.
1.Ca.6.2.4. Timotheo binas mittis, bone Paule, Tabellas.
Cap.3. Inde Titum informas pastoria munera tradis.
Cap.1. Mittitur à Paulo tibi parvula scheda Philemon.
Cap.13. Perdocta Hebræam solatur Epistola gentem.
Cap.5. Format Iacobus præclaris moribus orbem.
1.Ca.5.2.3. Bina à Bar-iona conscripta est littera Petro.
1.c.3.2.1.3.1 Scribit Ioannes ternas ex ordine schedas.
Cap.1. Acriter insequitur vitiorum crimina Iudas.
Cap.22. Seculi Ioannes extremi arcana revelat.

Summa Capitum N. T. CCLX.

DISTICHA

Ioannis Schepreui in Nouum Testamentum.

IN MATTHAEVM.

1 *Priſcis oritur Chriſtus, turbatur Ioſeph,*
Angelus hunc retinet, virgo beata parit.

2 *Barbara gens quærit, trepidat Rex, Memphis aditur:*
Cæſi deflentur, ſponſus adire timet.

3 *Clamat Ioannes, taxat, ſe deijcit ipſum:*
Abluit, aduolitat Pneuma, Paterq; ſonat.

4 *Dæmone ter victo, lux magna eſt orta, vocantur*
Bis duo, morborum pellitur omne genus.

5 *En tibi fœlices, ſal, lux, impletio legis:*
Iura vetuſtorum pluribus aucta modis.

6 *Fac ita, des, ores, ieiunes, atq; recondas:*
Sit lux pura, duplex ne ſit herus, vide aues.

7 *Grandis trabs, petito, lata eſt via, pſeudoprophetas*
Vita, neſcio vos, firma ruensq; domus.

8 *Inſtat, lepra, ſocrus, miles, fouea, tumulator,*
Somnus, turba maris, porcus in amne perit.

9 *Lectifer atq; Leui, ſponſus, diruptio, primas.*
Profluuium, cæcis lux data, cana ſeges.

10 *Miſſi quid faciant, fugiantq;, ferantq;, moneantur.*
Vincit confeſſor, pax perit, vnda iuuat.

C. B 07

11 *Nuncius*

11 *Nuncius ecce duplex, vatis laus, improbat vrbes,*
Parvulus hæc vouit, recreo, tolle iugum.
12 *Obijcitur Dauid spicis, manus arida, regnum*
Diuisum, quærunt signa, forisq; tui.
13 *Proiectum semen, zizania, grana sinapis,*
Fermentum, gaza, gemma, sagena, stupor.
14 *Qua mors Baptistæ, pisces duo, per mare Christus*
It stupor hinc, multos fimbria tacta iuuat.
15 *Reijciunt, seruant, ex corde malum, Cananæa*
Mox septem panes corpora multa replent.
16 *Signa petunt, fermenta vetat, confessio Petri,*
Probra Crucis, temet spernito, reddet opus.
17 *Transformat sese, non cedit Luna ministris,*
Ingens vis fidei, drachma soluta duplex.
18 *Vis magnus fieri? fis infans, scandala tolle,*
Errat ouis, fratrem corripe, mitis herus.
19 *An licet vxorem? vexant responsa, puellæ*
Adducunt, vendas, multiplicata dabit.
20 *Bacchi cultores, duplici cum pignore mater,*
Baptismus, lites, his miserere sonat.
21 *Concisi rami, vendentes, arida ficus,*
Curat vter patrem? vina locata, lapis.
22 *De nupta regi, censu, septemq; maritis,*
De magno iussu, deq; parente Dei.
23 *En quoties audis repetitum, væ tibi Scriba?*
Efficienda alijs quæ fugis, ipse docens.
24 *Forma cadit Templi, seductio, bella, tenebræ,*
Ficus prima æstas, fur, famulusq; vigil.

25 *Gaudet*

25 *Gaudent prudentes, pescuntur lucra talenti,*
Gloria Iudicij tota quæ forma patet.
26 *Infusum vnguentum, sit pascha, rogat, cadit auris,*
Insimulant testes, scommata, Petre negas.
27 *Luctus, fur, sors, nox, probra, signa, stupor q; tribuni*
Largitum corpus, milite cincta petra.
28 *Mira vident Mariæ, quas vt conspexit Iesu,*
Milite corrupto, monstrat agenda suis.

FINIS.

Secundum MARCVM.

1 *ABluitur Dominus, tentatur, quattuor addit,*
Dæmonium pellit cum febre cumq; lepra.
2 *Blasphemũ reputant, sequitur Matthæus, vtreq;*
Rumpuntur, pellit spica reuulsa famem.
3 *Cura manus, fuga spirituum, cognominabis sex,*
Regnum diuisum non stat, adestq; parens.
4 *Dat semen fructum, patefient omnia, crescit*
Sponte seges, minimum semen & vnda fremens.
5 *Egreditur Legio, natitat grex, rheuma cruoris*
Cessat, Principis filia viua sedet.
6 *Fabrigena hæc? paria emittit, Baptista necatur,*
Pascit, calcat aquas, languida membra valet:
7 *Gignit mens impura malum, non sordida palma,*
Mica placet catulis, recta loquela redit.
8 *Implet, taxat, abit, sensim dat lumina cæco,*
Quemq; vocent rogitat, quæq; ferenda monet.
9 *Lux formæ, qua vis ieiuni, quis prior edit*
Signa malus, truncos membra, parato salem.

10 *Moſes diſſoluit, diues dolet, omnia linquunt,*
Stulta petit genitrix, tu quoq; cæce vides.
11 *Nunc aſinum quærunt, ſicus perit, emptor abactus,*
En qua vis fidei, quî facis iſta rogant.
12 *Occiſus natus, cenſus, connubia ſeptem,*
Ius primum, Chriſti quis pater, as vidua.
13 *Plurima iudicium præcedunt ſigna, dieſq;*
Soli nota patri, nos vigilare monet.
14 *Quæſtus Iuda, paſcha, preces, auris, fuga, nudi*
Teſtes, ſputa, alapæ, cum lacrymante Petro.
15 *Reiectus, luſus, ſuſpenſus, ſigna, ſaleſq;*
Eli, Centurio, membra petita, lapis.
16 *Surgit, conſpicitur, dubitantibus exprobrat, iiſdem*
Ite, inquit, fidei ſigna dat, alta petit.

FINIS.

Secundum LVCAM.

1 *ANgelus en bis adeſt, innuſens cantat, idemq;*
Nato vate, patris lingua ſoluta facit.
2 *Bethlemicæ cunæ, paſtores, virgo piata*
Anna, Simon, doctos puſio multa rogat.
3 *Clamor, baptiſmus, pia verba, catena Prophetæ,*
Viſa Columba, ſonus deſuper, ordo patrum.
4 *De tentante Deum, recitato vate, paratis*
Inſidijs, pulſo Dæmone, febre ſocrus.
5 *En Petrus & fratres alij, lectica, telones,*
Sponſi abitus, veſtis rupta, cadiq; noui.

6 Factus

6 *Factum Dauidis, manus arida, nomina, fausti,*
Quid facias, quid non, stirps q̃, domusq̃, bona.
7 *Gaudet Centurio & Naim, veniunt duo, vatem*
Laudat, cui similes? pes lacrymando madet.
8 *Iactatur semen, cessat mare, grex perit vndis,*
Gaudet Iairus, desinit ire cruor.
9 *Legati Herodis, pisces, confessio, vultus*
Splendor, luna, puer, flamma, cauerna, vale.
10 *Missi, vater, qua bona gaudia parvule nosti,*
Hoc fac, pene neci dat latro, Martha tace.
11 *Norma precum, diuisa domus, fausta vbera, Ionas,*
Lux, oculus, patina lotio, vaq̃ frequens.
12 *Occultum, Passer, fassus, meditatio, quis me?*
Horrea, aues, grex, lux, fur, famulus, pyra, lis,
13 *Post turrim ficus contracta, sinape, farina,*
Arcta via, ignoro, vade, relicta domus.
14 *Quid sanatur Hydrops? sedeas ita, cœna parata,*
Non peragens turrim belláue, salq̃ malus.
15 *Reddit ouis lætum, scrutatur femina drachmam,*
Et siliquis vesci cogit amara fames.
16 *Subdolus œconomus, mammon seruusq̃ deorum:*
Lex rata, missa vxor, purpureusq̃ miser.
17 *Tolle, remitte, auge, nihili tua pendito facta,*
Cerne decem lepras, iudiciq̃ diem.
18 *Vis vidua erantis, fastus, tactiq̃ puelli,*
Diues abit, linquunt omnia, cæce vides.
19 *Ascendit nanus, rex it sibi regna paratum,*
Adducunt asinum, fletq̃, fugatq̃ lucrum.

20 *Baptisma vnde? sata est vitis, petra, pensio, septem,*
Ben Dauid sedes, fraus precis atq; stola.
21 *Collaudat viduam, ruet aedes, signa diei,*
Cura mala, excidium. sobrius esto, vigil.
22 *Dat corpus, certant, spondet Petrus, ecce duo enses,*
Dum rogat en capitur, flet Petre, dant alapas.
23 *Eludit, clamant, homicida, Simon, lachrymantes,*
En latro, Centurio, membra sepulta, quies.
24 *Fulgura, vestitus, bona nuncia, sermo duorum,*
Fit comedendo palam Christus, & astra petit.

FINIS.

Secundum IOANNEM.

1 *AEternus caro fit, testatur praeco, rogatur,*
Monstrat, se iungit par tibi Christe duplex.
2 *Baccho mutat aquã, fugit emptor, soluite tẽplum,*
Interiora hominum pectora Christe vides.
3 *Cur nescis princeps? lucem vir perditus odit,*
Inq; dies minui sancte Propheta cupis.
4 *De Samaritana legis, & de frugibus albis,*
Nemo Propheta domi, Regule febris abit.
5 *En piscina, patri par natus, corpora surgent,*
Non quaero testem, scripta vetusta probant.
6 *Fracta replent cophinos, Rex esse recusat Iesus,*
Manna dedit, carnem nunc dabit ipse suam.
7 *Grande instat festum, murmur, doctrina, fluentes*
Vnde, dissidium, tu Nicodeme sapis.

8 *Im-*

8 *Imulier, de te testaris, quò fugies nos?*
Quid iactatis eum, quo prior ipse fui.
9 *Lux datur à partu cæco, violata queruntur*
Sabbata Iudæi, lisq́; suborta calet.
10 *Mortem pastor adit, num sis, edicito, Christus?*
Pecconé si patrem dico me habere Deum?
11 *Nuper functus eras fato, nunc Lazare viuis,*
Vni pro toto mors subeunda grege est.
12 *Offendit nardus, caue Lazare, vox ruit alto,*
Non credunt signis, mundus honorq́; placent.
13 *Plantas Christe lauas, male sano porrigis offam,*
Das insigne tuis, tristificasq́; Petrum.
14 *Quis timor iste? locũ paro, sũ via, crede Philippe,*
Spiritus adueniet, mox rediturus eo.
15 *Reiectus palmes, dilectio, nostis amici*
Omnia, quos mecum non bene mundus amat.
16 *Spiritus afflictis aderit mundúmque notabit,*
Pro lachrymis rediens gaudia plena dabo.
17 *Tempus adest vt glorificer, iam cuncta peregi,*
Da bona discipulis quæ peto sancte Pater.
18 *Vis armata ruit, cædis bone Petre, negasq́;*
Pontifices vrgent, multa Pilate rogas.
19 *Abs re cur damnem? reticen'? inscriptio sortes,*
Astans virgo, sitis, fractio crurum, aloe.
20 *Bini concurrunt, Mariæ se monstrat Iesus,*
*Bis pax inquit eis * Thoma videto manus.*
21 *Conspiciunt septẽ Dominũ, Petre curris in vndis,*
*Cura pastor oues, meq́; sequare * ducem.*

FINIS.

1 APparet crebrò, spondet nona, tempora celat,
Scandit, turba rogat, sors quoq; bina cadit.
2 Barbara quaq; suam nunc audit Natio linguam,
Ioel, & Dauid, corpora multa lauant.
3 Claudipedem sanat praedulcis nomen Iesu:
Hortaturq; reos ad meliora Petrus.
4 Declaras Petre vim Iesu, sperniſq; minantes,
Cumq; tuis oras, propria nulla quibus.
5 Expirant duo mendaces, iuuat vmbra, recluſi
Quæruntur, loqueris non malè Gamaliel.
6 Fit graue pro viduis murmur, septemq; miniſtrant
Teſtes in Stephanum, quæ didicere citant.
7 Grandia perſtringit Stephanus myſteria paucis:
Quem ceu blaſphemum perfida turba necat.
8 Infeſtat Saulus, credit Simon, arguiturq;:
Labilis Eunuchum, dum legit, vnda beat.
9 Lux tibi Paule datur, periturum ſportula ſeruat:
Saluus es Ænea, ſuncta puella redit.
10 Monſtrat Corneli tibi Petrus quid ſit agendum:
Et monitus viſis, teq; tuoſq; lauat.
11 Narrat facta Petrus culpantibus, Antiochenſi
Credunt, atq; Agabo eſt mox fore viſa fames.
12 Occluſus rediit, mirantur, res malè vexat
Cuſtodes, fœda morte Tyrannus obit.
13 Paulus ſeligitur, Barieſu corripit, idem
Multa docet gentes, inde repulſus abit.

14 Queſtus

14 *Quæstus in Iconio, Listrensis claudus, honores*
Exhibiti, lapides, presbyteriq; dati.
15 *Relligio Mosi, Petro suadente, vetatur.*
Disiungit Marcus lite calente duos.
16 *Spiritus ire vetat, Macedo astat, Lydia credit,*
Pytho fugit, rupti carceris ima tremunt.
17 *Thessalonica fidem recipit, Berrhœaq; fœlix,*
Cecropijs monstras, Paule, salutis iter.
18 *Vera Corinthe probas, Paulum tibi Gallio sistunt,*
Quem Priscilla docet, victor vbiq; volat.
19 *Abluti rursum, dissertio signaq; Pauli,*
Ardentes libri, magna Diana sonans.
20 *Blandè sopitus moritur, Paulusq; vocatos*
Bellè facta viros, moxq; futura docet.
21 *Constricta palma, voti simulatio, duplex*
Compes, Tarsensem Græca loquela probat.
22 *Denarrat Paulus quo verterit ordine sectam,*
Dic mihi Romanus sis ne, Tribunus ait.
23 *Eripere per vim, tua cædes, Paule, vouetur:*
Et per te mittit Dux sua scripta Duci.
24 *Facundi Paulus Tertulli verba refutat:*
Fœlix rem differt, munus habere volens.
25 *Gratificaturus Paulum vult mittere Festus*
Gnarus at is dixit, Cæsarem adire volo.
26 *Illicet Agrippam narrans quæcunq; patrasset:*
Insanis, inquit Præses, at ille negat.
27 *Longa maris patimur discrimina, denig; nantes*
Luctantesq; diu proxima terra capit.

28 *Morde-*

28 *Morderis, pellis febrem, Romamq; profectus*
Mordes ure tuos, Paule, & Deumq; doces.

FINIS.

Disticha in Epistolam Pauli ad Romanos.

1 *AD vos ire iuuat, sum debitor, haud pudesio,*
Notum haud agnoscit reproba turba Deum.

2 *Bis malus est damnans quod agit, distinctio nulla,*
Intus non foris est lex tua, Doctor iners.

3 *Conditio Iudæ præstat, peccauimus omnes,*
Restituitq; Deo nos sine lege fides.

4 *Datq; fides vitam quam circumcisio signat,*
Hæc facit heredes, hac nitet ille Pater.

5 *Ergo dat hæc pacem, Christi mors liberat hostes,*
Noxa minor dono, mors quoq; morte fuit.

6 *Fons sacer assimulat Christo, ne crimina regnent,*
Membra vices mutent, mors malefacta manet.

7 *Grande iugum excussit est, Christo nunc liber obedi,*
Quod iubet altera lex, altera sæpe vetat.

8 *Incertos vegetat, sonat Abba, flebilis orat*
Spiritus, abscindit nil ab amore Dei.

9 *Lugeo cognatos, Iacob non natus amatur,*
Vasa facit figulus qualiacunq; libet.

10 *Mire cæcus amor, Christus perfectio legis,*
Voxq; fidem gignit missa per omne genus.

11 *Non omnes repulit, prodest reiectio pulsis:*
Spes reditus superest, O via mira Dei.

12 *Obsecro*

12 *Obsecro quisq; suum tueatur munus, amorq;*
Sit verus, benedic, & mala vince bonis.
13 *Principibus pare, summa est dilectio legis,*
Nunc vbi nox pulsa est, arma diurna cape.
14 *Quid spernis fratrem comedens? sunt omnia pura,*
Sed quod non purum creditur esse, nocet.
15 *Robusti cedant, Gentes gaudete, ministro*
Gentibus, hæc feci, hæc porto, redibo breui.
16 *Scriptis commendat Phœben, multosq; salutat,*
Vitandosq; monet, qui mala blanda serunt.

In Epistolam Pauli ad Corinthios primam.

1 *AVdio propter vos lites, sapientia mundi*
Stulta est, infirmis fortia facta ruunt.
2 *Blandis non vtar, mysteria condita pando,*
Quæ neq; scit mundus, nec tu animalis homo.
3 *Carnales estis, planto, fundamina ieci,*
Arguit ignis opus. stultus es ô sapiens.
4 *Dispensatores patefient, tot mala passus,*
Vt pater admoneo, quomodo vultis agam?
5 *Expelli talem iubeo, purgetis amarum,*
Panem cumq; malis nemo vel esse velit.
6 *Fiunt cur lites? regnum non cedet iniquis,*
Cuncta licent stuprum quale sit, ecce nefas.
7 *Gratis hic Paulus verbis de coniugis vsu,*
Mox de virginibus, de viduisq; monet.

8 *Idolum scis esse nihil, sed ne tua fratrem*
Perdat cognitio, dum malè cautus edis.
9 *Liber, non posco mea iura, sed omnia fio,*
In stadio curro, membraq; subijcio.
10 *Mystica designant patres, Idola cauete.*
Qui bibitis calicem, vendita cuncta licent.
11 *Nudet vir caput, at mulier velata precetur,*
O quales mores mensa sacrata petit?
12 *Omnia dat Flamen sicut vult, & facit vnum*
Ex multis corpus, sit tamen ordo decens.
13 *Pluribus (vt sine quo nil prosit) laudat amorem,*
Quodq; sit, hoc monstrat, spesq; fidesq; minor.
14 *Qui loquitur linguis minor est interprete sacro,*
Sed quem præscribo seruet vterq; modum.
15 *Redditus est vita Christus, viuemus & ipsi*
Denuò, victores mors tua, Christe, facit.
16 *Sepositis domis veniam ipse, recusat Apollo,*
Nouistis Stephanum, scriptor ego ipse fui.

In Epistolam Pauli ad Corinthios secundam.

1 *Afflicti varie recreamur, mors prope vicit,*
Nostis me, non est, Non Etiamq; mihi.
2 *Bis nolo veniens lugere, sit hoc satis illi,*
Quæro Titum, Christus nos bene olere facit.
3 *Commendamus nos? Deus est qui nos facit aptos:*
Mosi quàm Christi est gloria iure minor.

4 *Degene-*

4 *Degenerare nefas, gazam vas fictile portat,*
Exercent vires vitáque morſque ſuas.
5 *Eſt domus ecce duplex, quod fecit quiſq; reportat,*
Mors eſt pro cunctis, ſunt quoq; cuncta noua.
6 *Fortiter enumerat toleranda, Deus malè quadrat*
Cum Belial, Chriſtus nos ſua templa facit.
7 *Gaudeo quod rectè vos fecit Epiſtola triſtes:*
Exhibitus á, Tito, me recreauit honos.
8 *Inſignis Macedo, pauperque notetur Ieſus*
Perficite, ecce Titus frater adeſt á, meus.
9 *Lator vos adeò propenſos eſſe datores,*
Multiplicétque precor ſemina veſtra Deus.
10 *Milito non carni, at Domino victa parata eſt*
Nec ſuperat fines gloria noſtra ſuos.
11 *Non cedo ſummis, zelo vos, non ſum oneroſus:*
Glorior inſipiens, & mea facta cano.
12 *Ob conſpecta datur ſtimulus, tot dicere cogor:*
Non grauo vos, quales inueniam timeo.
13 *Prædictum repeto, non parcam, veſtra probate:*
Nam mihi pro vobis qualiacunque placent.

In Epiſtolam Pauli ad Galatas.

1 *ANgelus his dicens contraria, ſit maledictus:*
Me docuit Chriſtus qui populator eram.
2 *Bis ſeptem exactis repeto ſolymos, rogo ſummos,*
Qui nihil addebant, corripióque Petrum.

3 Cæpiſtis

3 *Cepistis rectè, quis vos decepit amici?*
Sic nos non legem iustificare probo.
4 *Dum puer est hæres seruit, quo tempora vobis?*
Vos iterum pario, libera Sara fuit.
5 *Est circumcidi vanum, quis vos ita turbat?*
Hæc sunt quæ pariunt spiritus atq; caro.
6 *Ferte, rogo infirmos, quæ seuimus illa metemus,*
Glorior in cruce, nam stigmata porto crucis.

In Epistolam ad Ephesios.

1 *ANte caput mundi selegit nos Deus, ob quod*
Flecto genu, Christo gloria magna datur.
2 *Blasphemos iræ natos mera gratia seruat,*
Nunc vnum populum sanguis vtrunq; facit.
3 *Constrictus rogo, cognosco mysteria Christi,*
Prædico diuitias, membraq; flecto patri.
4 *Dignè viue colas pacem, sunt plurima dona,*
Priscus homo valeat, nil mali ab ore fluat.
5 *Ethica de scortis, linguæ vitijs, & auaris:*
Occultis, vino, coniugibusq; docet.
6 *Filioli patribus, dominis vos subdite serui,*
Induite arma Dei, nam ferus hostis adest.

In Epistolam ad Philippenses.

1 *ACto pro vobis grates, mea vincula cręscunt,*
Gaudeo, mors lucrũ est; vos quoq; dãna inuẽt.
2 *Bis ter magnus honor Christum decet ista ferentẽ,*
Discipulos laudas, optime Paule, tuos.

3 *Cæsa lucra cutis sperno, quo lucrer Iesum,*
Quæ sunt à tergo mitto, cauete malos.
4 *Dilecti istate, & gaudete, & honesta patrate,*
Sperno quidem esuriem, sed tamen ista placent.

In Epistolam ad Colossenses.

1 *Absulit à tenebris Christus prior omnibus, illa*
Impleo quæ desunt, iussa minister ago.
2 *Belle suadet eis, legis, mundiq́, hominumq́,*
Præcepta à Christi morte valere nihil.
3 *Cœlum quisque petat, terrestria mortificato,*
Hoc vxor, fili, serue, sequaris iter.
4 *De dominis precibus, peregrinis, & sale verbi*
Scribit, quod supereſt, verba salutis habet.

In Epistolam ad Thessalonicenses Secundam.

1 *Astruit esse fidem veram quam tradidit antè,*
Cui quod crediderint, tollit ad astra viros.
2 *Blande se laudat, nec non sua facta sequentes,*
Ne veniam Sathanas pessimus ille vetat.
3 *Confirmabit vos hic Palladis vrbe profectus,*
Vosq́, videre iuuat, gaudia magna datis.
4 *Dat præcepta suis, & eorum laudat amorem,*
Quódque caro ad vitam sit reditura, docet.
5 *Est ventura dies vt fur, vigilate, diei*
Nos sumus, hæc moneo, verba notate mea.

In

In Epistolam ad Thessalonicenses secundam.

1 AFflictos requies, Domino veniente, malósque
Pœna manet, dignos vos velit esse vocans.
2 Ben Sathana veniet quando? post tatia, sed vos
Elegit dominus, iussa tenete mea.
3 Consumant segnes proprio quæsita labore,
Nam sic nos facimus, scribite cuncta mihi.

In Epistolam ad Timotheum Primam.

1 AVfer legales scrupulos, lex nulla bonis est,
Fers mihi in exẽplum, Christe Redẽptor, oppẽ.
2 Belle pro cunctis orandum, vnus Mediator,
Vir mulierq; rogent, sit tamen illa silens.
3 Curet Episcopus hæc, curent hæc iussa ministri,
Si tardè veniam, sic rege tecta Dei.
4 Dæmonibus credent supremo tempore multi,
Ficta valere sinas, quæq; iubemus age.
5 Elige sic viduas, duplici digneris honore
Presbyteros, propalam corripe, vina bibas.
6 Falsiloquos vita, laqueos fuge diuitiarum,
Serua depositum, præcipe diuitibus.

In

In Epistolam ad Timotheum secundam.

1 *AVge dona qua habes, antehac celata patescunt,*
Depositum serua, viuat Onesiphorus.
2 *Bellator, pugil, agricola, Christusq; resurgens,*
Cancer, vasa, fides, sermóque recta docens.
3 *Consurgent Iambri similes, hæc sum mala passus,*
Tradita conserues, omnia scripta iuuant.
4 *Doctrinam sanam spernent, expecto coronam,*
*Nunc absunt * alij, nec mihi tunc aderant.* al. S

In Epistolam ad Titum.

1 *ABs te Pontifices hŷ fiant, argue Cretas,*
Sunt bona cũcta bonis, sũt mala cũcta malis.
2 *Bis duplicem memorat sexum, pia gratia Christi,*
Nunc tandem apparens, omnia iusta petit.
3 *Consule parendum, gratis nos Christe * vocasti,* al. c
Bis monitum fugito, Nicopolimq; veni.

In Epistolam ad Philemonem.

1 *AFfatur blando sermone Philemona, seruum*
(Fugerat is) domino conciliare studens.

In Epistolam ad Hebraeos.

1 *AD patres loquitur per vates, nosq; per ipsum*
Natum, quem Paulus vincere cuncta docet.
2 *Bis perit hoc spernens, prisci maiora docentur:*
Factus homo est Christus, morte pians homines.

3 *Christus præfertur Mosi, qui non requierunt,*
Qui Domini verbis non habuere fidem.
4 *De requie rursum discertat, de gladioq́,*
Qui mentem penetrat vi quoq; Pontificis.
5 *Exprimitur Christus per Melchisedech, Deus illũ*
Clamantem audiuit, facte opus est iterum.
6 *Fido cessurum melius quamuis ita dicam,*
Iurando Dominus spem iubet esse ratam.
7 *Grandior Abramo patre Melchisedech fuit olim,*
Et noua lex veteri commodiora dedit.
8 *Inspicit exemplar Moses, lex vmbra futuri est,*
Lex noua promissa est, ergo vetusta perit.
9 *Legales ritus cum Christi sanguine confert,*
Ostendens priscis vtiliora noua.
10 *Magna facit Christus qua lex præstare nequibat,*
Vltrò peccantes horrida pœna manet.
11 *Narrat multa Patrum stratagemata clara piorũ,*
Quæ sunt per firmam cuncta patrata fidem.
12 *Omninò prodest correptio, nemo recedat,*
Mitia pro duris omnia facta docet.
13 *Præpositis pare, ne te noua dogmata fallant,*
Connubij laudes, hospitibusq́, dato.

Epistola beati Iacobi.

1 *Afflictus gaude, pete fidens, te tua tentant,*
Fac legem, facias, hæc pia relligio est.
2 *Bulla placet, vilescit inops, facit vnica summè*
Culpa reum, numquid sufficit vna fides?

3 *Compescas linguam, qua nil violentius una,*
Terrea cœlesti dissimilis Sophia est.
4 *Damnate has lites, petitis male stupra fugentur,*
Reddite vos humiles, vita repente fugit.
5 *Erugo, merces, patientia certa futuri,*
*Ne iures, agros *unctio sacra beat.*

*al. v
visq;
cum

Epistola beati Petri Prima.

1 *AVdi quid credas, quid speres, cingito lumbos*
Sanguine non auro, sospitat agnus oues.
2 *Bilis pellatur, ledit, nam vos genus estis*
Electum, cunctis detur honestus honos.
3 *Commonet vxores pia Sara, pericula ferte,*
Ima petit Christus, Noe lauacra nouat.
4 *Defunctus vitijs benefac, sis hospes, amorem*
Serua pro Christo, vis tolerata beat.
5 *Este Sacerdotes tales, parete minores,*
Sobrietas vigilet, nam Leo quarit oues.

Epistola Petri Secunda.

1 *ADmonet ista Petrus morti vicinus amicos*
Quàm sit certa fides, scriptaq́, voxq́, probãt.
2 *Blasphemos terret memorans Lot, Noe Gomorrhã,*
Illos qui redeunt susq́, canisq́, notant.
3 *Christe, licet tardè, venies, elementa liquescent,*
Expectate diem, Paulus vt ille iubet.

Epistola beati Iohannis prima.

1 AVditum refero, Deus est lux, huic sociemur,
Se patrasse negans crimina, vera negat.
2 Belle quid quis amet, quid non aduertite, erunt mox
Antichristi, vos vnctio cuncta docet.
3 Christum cernemus qui tollit Dæmonis artes,
Vitemus Cainum, qui negat esse reos.
4 Dico spiritibus non credendum esse quibusuis,
Sit perfectus amor, cogit abire metum.
5 Est inuicta fides, tres sunt vnum, bene credens
Accipie, haud rogites pro grauiore malo.

Secunda Iohannis.

1 ADsit amor, seductor erit quisquis negat istud,
Hunc fuge, non scribam plura, sed ore loquar

Tertia Iohannis.

1 ANlator merito quòd pascis vera docentes?
Diotrephes malus est, sed bonus est alius.

Epistola beati Iudae Apostoli.

1 AD viuum nobis depingit pseudoprophetas
Antea praedictos, hos q, cauere iubet.

Apocalypsis beati Iohannis Apostoli

1 AD septem scribit, laudat Christum, venit ad
In Patmo vi si quid sibi forma velit.

2 *Bis geminas vrbes, Ephesũ, Smyrnam, Thiatiram,*
Pergamon, aut iustas aut secus esse docet.
3 *Condemnat Sardes, Philadelphi facta probantur,*
Euomeris merito Laodicaa tepens.
4 **Describit sedes, Seniores, lampades, aquor,* *al. dibuit.
Et quadruplex animal, perpetuósq; sonos.
5 *Explicat hic librum Leo victor & integer agnus,*
Dignus es, vnanimi millia voce canunt.
6 *Fundit equos varios, animas de cade querentes,*
Cum nigro Phabo, syderibúsq; liber.
7 *Grande sonat, signate pios, mox plurima turba*
Laudat voce Deum, lota cruore stola est.
8 *Incensum pia vota notat, volat ecce quadruplex*
Angelus, atq; tuba mira sonante facit.
9 *Lux solis nigricat, fundit tuba quinta locustas,*
Tertia pars sexta flante necatur equis.
10 *Magna boans (inquit) faciet tuba septima finem,*
Et torquet ventrem dulcis in ore cibus.
11 *Ne mensuretur, casi mox viuificantur,*
Septimus examen clangor adesse docet.
12 *Ornata partum cupiens Draco, præcipitatur:*
Nec tamen ornata desinit esse grauis.
13 *Prælia dira gerit, colitur quoq; bellua victrix,*
Altera succedit, facta prioris amans.
14 *Qui sunt qui cantant, Babylon cadit, ecce beata est*
Mors iusti, segetem falx metit atq; botrum.
15 *Res mira, vitreum mare, carmina, apertio templi,*
Et phiala septem, quas replet ira grauis.

16 *Sentit eas tellus, mare, fontes, flumina, Phœbus,*
Explorates, sedes bestia, & aura leuis.
17 *Tradit quid meretrix, quid eandem bestia portan.*
Septenúmq; caput, quídq; sit vnda fluens?
18 *Vicla iaces Babylon, pateris te digna, ruentem*
Culmine de tanto vir mulíerq; stupent.
19 *Agni lasus, equitans, ex regum, carne volucres*
Alta in sulphureum bestia missa lacum.
20 *Bestia soluetur, nunc vincta est, deinde peribit,*
Bis multi pereunt Iudicis ante thronum.
21 *Cœlum aliud, tellus alia est, pulsaq; dolore*
Conditur vrbs mira nobilitatis opus.
22 *Dat sanctis lignum vita, ruinúsque salutem:*
Desine, mox adero, sic nihil adijcias.

FINIS.

DISTICHA IN NOVVM TESTAMENTVM IN Editione ERASMI ROTERODAMI inserta.

Euangelium secundum MATTHAEVM.

1
Ngelus in somnis iustum solatur Ioseph,
**Prototoco Maria nomen Iesus erit.*

2 *Barbara gens Arabes, dant mystica dona, parentes*
Angelica Ægyptum iussa subire monent.

3 *Christon Ioannes baptizat flumine, verbis*
Acribus incusat viperiumq; genus.

4 *Deuicto Satana concedens in Galilæam,*
Dum quatuor reparant rete lauantq; vocat.

5 *Edicit veteris quæ sit sententia legis,*
Datq; Instrumenti sancta statuta noui.

6 *Forma est ieiuniq; eleemosynæq; precúmque,*
Præcipit inq; diem vincere, more auium.

7 *Grandem deme trabem, deuita Pseudoprophetas,*
Fac alijs, fieri quod cupis ipse tibi.

8 *Instat leprosus cum Centurione, socrusq;*
Surgit, glandinorax in mare porcus abit.

9 *Languide tolle thorum, (dicit) sanatq; duorum*
Lumina cæca, nouis dat noua vina cadis,

10 *More enium mittit lacerandos dente leporum,*
Admonet atq; crucem tollere quenq; suam.
11 *Ne patitur rapidi vim magnam regia Cæli,*
Dulce iugum, at stultis hoc modo nosse licet.
12 *Omne perit regnum per bella domestica, nullum*
Admissum in sacrum Pneuma lauare queas.
13 *Plura docet varium, sed per tectoria, vulgum,*
Scribis vt in Psalmis, sancte Propheta, tuis.
14 *Quũ stuprũ carpsit Prodromus, caput obtrũcatur,*
Panes quinq; cibant millia quinq; virũm.
15 *Res nulla ingrediens per os, intima corda prophanat,*
Quæ mensiq; cadit mica, catellus edit.
16 *Signa petunt, prohibet Rabi fermenta maligni,*
Bar-ionaq; Petrus, sit Satanásq; Petrus.
17 *Transformat faciem super alta cacumina montis,*
Pro Petróq; iubet, seq; Numisma dari.
18 *Vectat ad astriferum puerorum imitatio regnum*
Et nummum decies mille remittit herus.
19 *An licet vxorem, dicunt, amittere, Christus*
Promittit famulis centupla dona suis.
20 *Bacchaam ad vitem quater inuitauit Iesus*
Pocula amara sua cumq; nepote bibit.
21 *Cantat Hosanna pium, sacro deturbat ementes,*
Heredem vitis ruricolaq; necant.
22 *De tauris, Censu, defuncti vxore docetur,*
Christus & est Dauid filius, est & herus.
23 *Eximiam Mosi Scriba inuasere Cathedram,*
Quorum facta vetat, dicta tenere iubet.

24 *Fiet vt hoc quondam ruat alto à culmine templum,*
Ingruet incautis vltimus ille dies.
25 *Gaudebit virgo cuius funalia lucent,*
Hædos læua tenet, dextera seruat oues.
26 *In caput vnguento fuso, capitur, perit ense*
Vulnifico, quisquis percutit ense virum.
27 *Liuida turba coit, damnat Pilatus, Iudas*
Se dolet innocui sanguinis esse reum.
28 *Mox viuus redijt, custos corrumpitur, orbis*
Discipulos quattuor iussit adire plagas.

Secundum MARCVM.

1 *ALma Trias fœdus Baptismi firmat & ornat:*
Dæmonas expellis Christe, lepraq; leuas.
2 *Bis duo contractum portant, sequiturq; telones,*
Et leuat obscœnam spica reuulsa famem.
3 *Curataq; manu propellit pneumata, Scribæ*
Sed dicunt factum principis esse Zebub.
4 *Donatum est vobis regni mysteria nosse,*
Quorum qui foris est, nulla retecta videt.
5 *Effluxum sistit contactu vestis, & audit*
Talitha Cumi nata, Iaire, tua.
6 *Filius esse fabri fertur prodromusq; necatur,*
Hydrobatem Christum phasma putare sui.
7 *Grandi prosternit decreta humana tonitru,*
Dicit & ephphata, quod reserare sonat.
8 *In quatuor septem partitur millia panes:*
Quem sese esse putent, discipulosq; rogat.

9 *Lapsan-*

9 *Lapſantem ſanat, Cacodæmon pellitur ater,*
Hortatur iuſti regna ſubire Dei.
10 *Moſes connubium dirimit, Diuéſq; recedit,*
Qui dextram cupiunt, pocula amara bibunt.
11 *Nec non Baptiſtam dederint hominesné Deunè*
Quærit, commendat cum precibúſq; fidem.
12 *Occant Cleronomum, ſic dicitur ad Xenodoxum,*
Lex magna eſt, tota dilige mente Deum.
13 *Plures aduenient noſtro ſub nomine quondam*
Vltima ſolius tempora noſſe patris.
14 *Quæritur ad mortem Chriſtus, dat baſia, Petrus*
Cogitur ancillæ voce negare Deum.
15 *Riſus, damnatus, conſciſſus penditur, Eli,*
Clamat, ſe patrem deſerniſſe ratus.
16 *Sabbatha poſt Mariæ Chriſti innuiſere ſepulchrum*
Signa docet fidei, ſydera adire parans.

Secundum LVCAM.

1 *AVſers Zachariæq; metum, Mariámq; ſalutat*
Angele, magnificant carmina bina Deum.
2 *Baiulat ad templum matérque patérque puellum,*
Gloria in excelſis turma ſuperna canit.
3 *Collibus æquatis, vaſtæ inclamatur Eremo,*
Viſit Ioannis ſacra lauacra Deus.
4 *Dæmone conuicto, recitantem verba Prophetæ,*
Liuida turba iacet per iuga ſumma Deum.
5 *Exi Petrus ait, Demittunt quattuor ægrum,*
Infunditque nouis vina nouella cadis.

6 *Formam*

6 *Formam præscribit qua possis esse beatus,*
Matthæus triplici continet hancce tomo.
7 *Gressum quando Naim direxit, surgit Ephœbus:*
Peccatrix Domini perluit inde pedes.
8 *In campum triplicem iactato semine, ventis*
Imperat, exurgit nata, laire, tua.
9 *Legat discipulos pera, & baculo sine, & addit,*
Nidus habet volucres, sunt sua lustra feris.
10 *Messis multa: sciunt stulti mysteria, latro*
Sanciat, & Maria tecta redemptor adit.
11 *Nec non de precibus statuit, cacodæmonas arcet,*
Væ geminat Scribis, Zachariasq; cadit.
12 *Occidunt corpus, condit granaria auarus,*
Cingulum habet lumbos, atq; lucerna faces.
13 *Post turre oppressos relevatur fœmina curua,*
Et cadit in Solymis vsq; propheta sacris.
14 *Quemlibet iste tomus moneat de duplice cœna:*
Atq; odisse animam, ac edificare domum.
15 *Rimat pastor ouem, datur & substantia nato,*
Sed cibat hunc siliquis imperiosa fames.
16 *Salē habet Oeconomus, cui mãmona fecit amicos,*
Pauperis & lambunt hulcera sæua canes.
17 *Truditur in pelagus, fidei incrementa petuntur,*
Vxor Loth periit, non rediere nouem.
18 *Vindicat hic Iudex viduam, duo templa reuisunt:*
Diues abit, curat lumina cæca fides.
19 *Ascendit ficum, Rex quidam & Regina paratū,*
Et populus Domino cantat Hosanna suo.

20 *Baptis-*

20 *Baptismus venit vnde rogat? vineta locantur,*
Fœminâ septeno nuptitat vna viro.
21 *Coram Principibus dabitur sapientia vobis,*
Crapula ne mentes ebrietasué grauet.
22 *Deinde duo Solymas adeunt, quo pascha paretur,*
Quod sitijt votis omnibus ante crucem.
23 *En ludit præses Christũ: plebs impia clamat,*
Pro nobis Christus figitur ipse Cruci.
24 *Fulget vestitus, Mariæ bona nuncia portant:*
Itur in Emaus, Christus ad astra redit.

Secundum IOANNEM.

1 *Aeterno patris sermone est gratia facta,*
Huncq́, notas digito, prodrome Sancte, tuo.
2 *Bis ternis guttis laticem immutauit Iaccho,*
Pellitur è templo rauca columba sacro.
3 *Cœlum quo scandant renouati pneumate, natus*
Syderea summi venit ab arce patris.
4 *Denit at mulier portantem fonte perenni,*
*Propuero ad Canam quem *Basiliscus adit.*
5 *Exulet & languens, & Mosi scripta probantur,*
Qui credit Mosi, credit & ipse mihi.
6 *Festum Pascha aderat, dum diuidit hordea turbis,*
Et dum de vero Manna te verba facit.
7 *Grandia dicentem vino de flumine frustra,*
Conantur vinclis illaqueare suis.

8 *Ignosci*

8 *Ignoscit Mœchæ, qui maior & ante Abrahamũ est,*
Inq; illum Sathanæ saxa tulere sati.
9 *Luce data cæcum faciunt Scribæ Asynagogum,*
Vt semper vitiant optima facta mali.
10 *Mitis pastor oues gelida vel morte tuetur,*
Ne Leo dilaceret, neu Lupa rauca necet.
11 *Notuit vt Christo fatum insuperabile amici,*
Euocat è tumulo, Lazare adesto foras.
12 *Obuia plebs currit, præcisis arbore ramis,*
Et cantat Domino carmina læta suo.
13 *Pelui immittit aquam, plantas tergitq́; lauatq́;*
Exemplo famulos sic docet ille suos.
14 *Qui mea iussa facit, pater hunc cœlestis amabit,*
Et paracletum alium me rogitante dabit.
15 *Reiecto vitis frondoso palmite acarpo,*
Oderunt gratis meq́; patrémque meum.
16 *Sacrum promittit flamen, quo crimina mundi*
Culpentur dubij, mox rediturus abit.
17 *Tempus adest, reuehat Genitor tua gloria natum,*
Qua sine principio glorificatus erat.
18 *Vesanus miles Christum captiuat, & Hannas,*
Cum socero accusant, Præsidis ante domum.
19 *Abluit ille manus, Christus cruce pendet ab alta,*
In qua dum sityt, fellea vina bibit.
20 *Blandis alloquitur Mariam, timidosq́; salutat,*
Occlusis foribus post redit octo dies.
21 *Conuocat ad littus septem asso pisce cibandos:*
Prædicit quondam vincula dura Petro.

Acta

Acta Apostolorum.

1 AD Solymas repedãt, cũ christus ad astra redibit,
Ac prodotæ satagunt sorte replere locum.
2 Baptizat ter mille virũm, dant verba propheta,
Quod phthisis in Christum non cecidisse queat.
3 Consolidat bãses plantarum in nomine Iesu,
Qui tulit horrendæ vincla inamata Crucis.
4 Discipulósque rogant quæ sit tam rara potestas,
Atq; inhibent Domini verba sacrata loqui.
5 E pretio fraudant: concluſi carcere gaudent
Discipuli ob Dominum flagra tulisse suum.
6 Fit maior numerus, Stephanum dãnant Synagogæ
Peccasse in Dominum; in Dominique locum.
7 Gliscente inuidia Scribarum, hic ſydera spectans,
Christum, ait, à dextris cerno manere patris.
8 Intrans Samariam vertit Simona Philippus,
Eunuchus fluuida purificatur aqua.
9 Lumen adest subitum, Paulo accedente Damascũ
In Ioppe Cumi Dorcadi, Petrus ait.
10 Mox tibi Cornelí ab Ioppe Simona vocanti,
Parendum docuit visio sancta Petrum.
11 Narrat deinde Petrus culpantibus ista quibusdã,
Adq; fidem plebes Antiochena venit.
12 Obstupuêre, Petri quando cecidêre catenæ,
Phthiriasi Herodes, móxque superbus obit:
13 Pisidia vt tabem Dauida tulisse probasti,
Verteris ad gentes Paule, docéſque tuas.

14 Quo

14 *Quo minus in Lystris holocausta crementur odora*
Paulo, vix magna voce inhibere potest.
15 *Reddere non possunt Mosi decreta salutem:*
Hanc siquidem novit Sola dedisse Fides.
16 *Scriba Patrum firmat, Paulum Pythona fugantē,*
Custos præcipitem in carceris ima iacit.
17 *Thessalonicæ aperit Christi vitamq́, Crucemq́,*
Cecropia ignoto est ara sacrata Deo.
18 *Verbum ter senos menses docet inde Corinthi,*
Sicq́, loquens Ephesi & doctus Apollo facit.
19 *Abluti rursum per flatus dona prophetant,*
Teq́, Ephesiæ celebris magna Diana colit.
20 *Blando ac lethæo pressus cadis Eutyche somno:*
Paule times quibus multa pericla tuis.
21 *Colligat hic Agabus Pauli palmasq́, pedesq́,*
Sic Paulum in Solymis dupla catena ligat.
22 *Dissidium vt nequiit Iudæa tollere lingua,*
Stringunt Romanum lenta flagella virum.
23 *Exemptum vinclis depalmant insidiasq́,*
Propter, Fœlicem & Cæsaris oppidum adit.
24 *Facundus Paulo Tertullus crimina tendit:*
Ille sibi impingi crimina falsa probat.
25 *Gnare, Festus ait, Solymas viu' Paule remittit?*
Abnuit hic dicens, Cæsarem adire volo.
26 *Iam nihil est Paulus cur insanire putetur,*
Nam loquitur sano verba modesta animo.
27 *Lati importunam æsuriemq́, sitimq́ leuate:*
Nam modo fluctuaga est dissoluenda ratis.

28 *Mitigat*

28 *Mitigat in Melite dysenteron, haret Echydne:*
Romulidas Christum nocte die q, doces.

Epistola Pauli ad Romanos.

1 *A Tollit fidei virtutem, Morosophorum,*
Quod male patrarint turpia facta, notans.

2 *Buccatus Iudex, eadem qua iudicat, ipse*
Designat, prodest nomen inane nihil.

3 *Celica praefecto data sunt oracula Verpo:*
At nihil est Gracis iustus Apella magis.

4 *Debetur fidei, quòd iustificatur Abramus,*
Exclusis meritis omnibus ac operis.

5 *Est & gratuita fidei spes certa salutis*
Confert peccati iusticia q, patrem.

6 *Fons sacer occidit mundo, cæloq, regignit,*
Tu vitium fugito, sit pietatis amor.

7 *Grande iugum ponit mulier moriente marito,*
Corpus Christe tuum sustulit omne iugum.

8 *Insitus est quisquis Christo seruabitur, vt quem*
Separet immenso nil ab amore Dei.

9 *Legis cognatos iuste deploro repulsos,*
Huc licet vsq, alios seruet amet q, Deus.

10 *Miror quòd Iudas legi tam mordicus haret,*
Cogitet vt vera de pietate nihil.

11 *Non omnes repulit, poterúntque redire repulsi,*
Iudeos igitur temnere nemo potest.

12 *Obsecro veterem Christo macletis Adamum:*
Lædoria officijs pendite amara pijs.

13 *Princi-*

13. *Principibus pare, sua cuique rependito, totam*
Perficies legem, si Philadelphus eris.
14 *Qui sine delectu comedis, ne sperne pusillos,*
Quanquam sint puris omnia pura, legis.
15 *Robusti infirmis de vestro cedite iure,*
Exemplum Christi ne pigeát que sequi.
16 *Suscipiant Phœben, deuitent Chrestologósque:*
Dogmata nam vitiant ventris amore sacra.

Epistola Pauli ad Corinthios Prima.

1 *ADmoneo ne sint vos propter schismata fratres,*
Solus enim Christus fonsq; parensq; boni est.
2 *Blandi vaniloquam contemno Rhetoris artem,*
Calica simplicibus prædico scita logis.
3 *Cœlica pneumaticus posuit fundamina Paulus*
Saxa superstruier non peritura monens.
4 *Degeneres revocare gradu, vestigia patris,*
Haud pigeat iustis passibus vsq; sequi.
5 *Ex cœtu mfandi contagia pellite stupri:*
Ne vitient omnem contamínentq; gregem.
6 *Fratres desuescant contendere lite inhonesta:*
Expediunt pauca, et si mihi multa licent.
7 *Gratus eris superis, si cœlebs vixeris, ast non*
Cogito virginibus legifer esse sacris.
8 *Idolum scis esse nihil. tamen vsq; cauebis*
Infirmum potu perdere sine cibo.

9 Liber

9 *Liber sum, quanquam mea iura relinquo, Brabeion*
Iustus agonothetes post stadia ipse dabit.
10 *Moses quod transit sicco pede per mare rubrũ, &*
Cetera nos propter, pagina sacra refert.
11 *Nemo non facito quod se decet: hoc quoq; nemo*
Non reputet secum, quod sacra mensa docet.
12 *Omnia pneuma sacrũ dat, & omnia iungit in vnũ*
Sacra palingenesis corpora, fonsq; sacer.
13 *Plura licet facias, nihil est quod adæquet amorem*
Christi fortis amor, spemq; fidemq; præit.
14 *Qui loquitur linguis, pro viribus ille prophetet:*
Conticet in cœtu fœmina rite virum.
15 *Restat mors Christi reditusq; è carcere ditis,*
Mersus Christe tuus liberat vnde pios.
16 *Sicq; eleemosynam dabitis, seponito quisq;*
Dum veniam: fortes interea este viri.

Epistola Pauli ad Corinthios Secunda.

1 *Adfligunt casus varij & discrimina magna:*
Letificant animum gaudia magna meum.
2 *Bellus odor Christi quisquis cupit esse, cauebit*
Sacra Panomphæi vendere verba Dei.
3 *Condemnat Moses: tamen illi est gloria magna:*
Christe tibi meritò gloria maior erit.
4 *Dixerat è tenebris Deus illucescere lucem:*
Quam nimis obscuram & fictile corpus habet.

5 *Etsi terrestris non aquis casibus ades*
Occidat: atheream soluere nemo potest.
6 *Fortunam disce hîc perferre vtrunq;, deinde*
Perpetuum cunctis dicere Χαῖρι *malis.*
7 *Gaudeo me vobis peperisse dolore salutem,*
Gaudeo quòd lati suscipitisq; Titum.
8 *Impero nil, modo commoneo vos lenis Iesu*
Omnibus vnguiculis quisq; sequatur iter.
9 *Lætor de vobis, tanta est propensio mentis*
Dandi eleemosynam, qua releuetur inops.
10 *Milito non carni, vt falsò accusor: & idem*
Absens & coram Paulus vbiq; manet.
11 *Non ego sum inferior magnis, facioq; minora*
Casibus aduersis exagitorq; magis.
12 *Optaui Satanam Christus depelleret à me,*
Sufficiens, ait, est gratia, Paule, tibi.
13 *Prædico repetens, iterumq; iterumq; monebo,*
Vobiscum haud quaquam dissimulanter agam.

Epistola Pauli ad Galatas.

1 *ANgelus è cœlo si fors contraria Paulo*
Adferat, hæc Galatis sint maledicta meis.
2 *Bis septem gelidas numerans post frigora brumas,*
It Solymas Paulus, carpitur atq; Petrus.
3 *Capta quidem placuere mihi, quis nunc anoëte,*
Fallaci teneros fascinat arte oculos.

4 *Donec*

4 *Donec tutus eris, tutorum lege regeris,*
Sustulit ingratum filius ipse iugum.
5 *Est ne præputium tollenti Christus inanis,*
Pneuma caroq́; simul bella inamata gerunt.
6 *Fac tibi nemo queat verborum imponere frustis,*
Nunc sere quæ plena postmodo falce metas.

Epistola Pauli ad Ephesios.

1 *ANtè Pater mundi quàm fundamenta locaret,*
Elegit fragiles nos miserumq́; genus.
2 *Blasphemos quales natura profuderat omnes,*
Christe facis rapidi scandere regna Poli.
3 *Compedibus vinctus patrem rogo poplite flexo,*
Percolat assertor pectora vestra Deus.
4 *Dignè viue Deo per sancta fœdera pacis,*
Nullius à lingua noxia verba fluunt.
5 *Eutrapelus nemo, nemo sit morologusq́;,*
Fœmina, casta tuo subijce colla viro.
6 *Filioli patribus, domino sed cedito seruus:*
Quilibet induitor Pneumatis arma sacri.

Epistola Pauli ad Philippenses.

1 *AVgeri cupiunt nobis tormenta maligni:*
Gloria sunt placidi vincula nostra Dei.

2 *Barbaricam cernice crucem portanit Ieſus,*
Quem Pater aſtriferi vexit ad alta poli.
3 *Conciſi Moſen mirentur, Paulus eum aſſis*
Haud fauit, vt faciat te, pie Chriſte, lucri.
4 *Diſce equidem paucis contentus ſumptibus eſſe,*
Sunt tamen hæc animo munera grata meo.

Epiſtola Pauli ad Coloſſenſes.

1 *ABſtractos tenebris pater ad Cœleſtia regna,*
Tranſtulit in Chriſto, quem dedit eſſe caput.
2 *Byſſi omnes Sophiæ latitant in pectore Chriſti,*
Qui corpus plenum in ſe Theodotis habet.
3 *Cœleſtem ſtudeant vitam meditarier omnes,*
Atq; neci ſtudeant Coſmica membra dare.
4 *Deprecor ad dominum vos intercedite mecum,*
Vt valeam Chriſti myſtica verba loqui.

Prima Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes.

1 *AD ſimulachra alij vadant: nam Theſſalonicam*
Separat immenſi nil ab amore Dei.
2 *Blandiloquus non ſum, fraudans per verba doloſa,*
Sed mea dicta probat, laudat & acta Deus.
3 *Conſolaturus vos famigeris ab Athenis,*
Iſtuc Timotheus mittitur ecce meus.

4 *De ſomno volumus nullum ignorare priorum,*
Haud nos relliquiæ præueniemus eos.
5 *Eſtis vos lucis diuinæ pignora, nullum*
Triſtibus in tenebris opprimet ille dies.

Secunda Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes.

1 *AFlictis requies, ſed & affligentibus ira,*
Quando rogas? chriſtus, quando redibit, erit.
2 *Ben Sathanæ venit mendacia ſigna daturus,*
Prima Acherontinis fallit hirundo dolis.
3 *Conduntur varij canones, ſed nomine Chriſti*
Adſit vt omne bonum, & ſit procul omne malũ.

Prima Epiſtola Pauli ad Timotheum.

1 *ANxia complures abducit queſtio legis,*
Lex prohibet q̃, malos, officijq̃, monet.
2 *Bellum orare viris procunctis, fœmina verò*
Non ſinitur proprij ſumere ſceptra viri.
3 *Concludit Chriſti myſtes vicia omnia, ſitq̃,*
Omnibus inſignis conſpicuuſq̃, bonis.
4 *Demonijs tetris ſupremo tempore plures*
Attendunt, certum eſt, nam fore pneuma docet.
5 *Et viduas iuuenes, me conſule, trade maritis,*
Et ſtomacho infirmo paucula vina dato.

6 *Falſas*

6 *Falsas divitias prorsus contemnite, tellus*
Corpora nuda dedit, corpora nuda capit.

Secunda Epistola Pauli ad Timotheum.

1 *ANte æterna Deus qua nobis dona pararet*
Tempora per Christum sunt manifesta modo
2 *Bellator sanus cum athleta, & curuus arator*
Quod tibi significant, ne dubitato sequi.
3 *Captiuum ducent supremo tempore sexum*
Femineum, omnis homo namq; philautus erit.
4 *Doctrinam Christi supremo tempore spernent,*
Discipulis Doctor verba benigna dabit.

Epistola Pauli ad Titum.

1 *ACcipe presbyteri Tite munus, & argue verpos,*
Dogmata nam vitiant ventris amore sacra.
2 *Bella docens varios meminit quod gratia Christi*
Commonet illecebras spernere quemq; malas.
3 *Confirma populum sacrato fonte renatum,*
Esto, sed hæreticas bis monuisse, satis.

Epistola Pauli ad Philemonem.

1 *ADfatus dulci sermone Philemona pergit:*
Mancipium Domino conciliare suo.

Epistola

Epistola Pauli ad Hebraeos.

1 *Alloquitur Dominus Patres in vatibus, at nos*
Alloquitur verbis filius ipse suis.
2 *Bis pereat tantam spernit quicunque salutem,*
Nam Mosi spernens agra statuta perit.
3 *Christe domũ propriã, quæ nos sumus, ipse gubernas,*
Haud Moses propriam, sed regit ille tuam.
4 *Diuinus sermo cordis secreta penetrat,*
Credentem in requiem suscipit atq; suam.
5 *Et Christus mystes* * *Melchisedechi*
Quem meritò exaudit pro pietate pater.
6 *Fido ego facturus vestræ coniuncta saluti,*
Spem validam cuius inssit habere Deus.
7 *Grandis Abramus erat, sed gloria Melchisedechi*
Grandior, hinc decimas nam patriarcha dedit.
8 *Incusat Dominus legemq; holocaustaq; legis,*
Scribis vt in sacro, sancte propheta, libro.
9 *Languebat typici Moses cum sanguine tauri,*
Nam scelus omne pias sanguine, Christe, tuo.
10 *Magnus sacrificus Christus, sed & hostia magna,*
Perpetuò cunctos quippe beare potest.
11 *Nosse fidem cupiens veteres attendito patres,*
Hora brevis prohibet cuncta referre mihi.
12 *Omne malumq; fuga, fideiq; ducem aspice Iesum*
Spreuit hic illecebras, pertulit atq; crucem.

13 *Principibus pare, prabeq́ famentibus escam,*
Connubio venerem vince cinede malam.

Epistola Iacobi.

1 *A Patre constanti sophiam si corde petatis,*
Vbertim dabit, hinc nam venit omne bonum.
2 *Bullatum spreto venerantes paupere Ditem,*
Praeceptum violant pratereuntq́ Dei.
3 *Calica pneumaticus doceat mysteria Doctor:*
Functio perfectis est modò digna viris.
4 *Delicias molles propter fera bella mouetis,*
Vita quibus breuis, vt fumus & vmbra sequax.
5 *Ærugo fului (modò quod malè cogitis) auri,*
Vos contra rigidus post modo testis erit.

Petri Epistola prima.

1 *A Vrum legitimum vigili dignoscitur igni:*
Casibus aduersis fit manifesta fides.
2 Βάλλετε πάντα δόλον, *Christoq́ accedite viuo:*
Cuius habet nullum lingua sacrata dolum.
3 *Castaq́ simplicibus comatur moribus vxor,*
**Lœdoria officijs pendite amara pijs.*
4 *Defunctis vitijs cape Christi vindicis arma,*
Quem propter pateris si qua, beatus eris.
5 *Este sacerdotes gregis exemplaria vestri,*
Præmia nam Christus non peritura dabit.

Petri Epistola Secunda.

1 *ADde bonos fidei mores, quò ritè queam te*
Græca panaretum dicere voce virum.
2 *Blasphemis præstat nullam agnouisse salutem,*
Neue canis vomitum, sus repetátue lutum.
3 *Christus quod tardo reditu vocet ad metanœam*
Scribis epistolijs, Paule, monesq́; tuis.

Iohannis Apostoli Epistola prima.

1 *AVres quod patulæ, nitidus quod nouit ocellus,*
De patris verbo scribitur hocce tomo.
2 *Blanda per ambigui contemnite gaudia mundi,*
Si modó cælestem vultis amare patrem.
3 *Christus dissoluit Satanæ conata, iubetq́;*
Mutuus in fratres sit quoq; verus amor.
4 *Dico rursus idem fratres, adamate vicissim,*
Perfecto gelidum pellis amore metum.
5 *Excidit atq; perit citò mundi præsidium omne:*
Sola fides semper vincere cuncta potest.

Iohannis Epistola Secunda.

1 *AVscultare nefas Christo diuersa docenti,*
Imo nefas prauo dicere Χαῖρε *viro.*

Ioannis Epistola tertia.

1 AVdiona latus, quod es officiosus in omnes,
Qui sine spe lucri verba sacrata docent.

Iudae Apostoli Epistola.

1 ARmat nos Iudas aduersus pseudoprophetas,
Quos fore Apostolicus dixerat antè chorus.

Apocalypsis beati Ioannis Theologi.

1 AVrea candelabra, senemq; podere amictum:
Et stellas videt, & significata capit.

2 Balaa qua docuit vates, ea Pergamus audit,
Admonet & Smyrnã, & cum Thyateira Ephesũ

3 Cassat mors Sardeis, renouantur Laodicenses:
Sub pedibus Satanam sed Philadelphus habet.

4 Deniq; cernuntur seniores bis duodeni,
Atq; animal quadruplex antè retroq; videt.

5 Exin tristatur quod librum nemo recludat,
Abstulit heptoceras, hunc q; recludit ouis.

6 Fratribus impletis, sumam de sanguine vestro
Vindictam, è cælo spendida stella cadet.

7 Grandi voce canit, plebis duodena tonantem:
Purificant vestes sanguine namq; suas.

8 Iguem flammiuomum dicit cum Thure Sabæo,
Iustorum sacras significare preces.

9 Leduntur quorum frontes, non certa tuentur
Signa Dei, interit & portio terna hominum.

10 Magna-

10 *Magnanimus veluti Leo rugiat, Angele clamas,*
Stans supra terram, nauiferumq; mare.
11 *Non inhumabuntur cæsi pro nomine Christi,*
Sed dabitur rapidum scandere aduſq; polum.
12 *Ornatur mulier Phœbo Lunáque Michael*
Bellum viroſo cúmque Dracone gerit.
13 *Pronáque multiciput veneratur bellua, & audet*
Terræ ac cœlitibus bella mouere pijs.
14 *Quot ſint & quales, qui dicant carmina meſſem*
Demetit Angelica falce, botrúmque putat.
15 *Recluſo templo recitantur Cantica Moſi,*
Et ſeptem phialas ira cruenta replet.
16 *Stillant hæ in terram, pontũ, fluuium, aera, ſolem,*
Euphratem, inq; thronum beſtia ſæua tuum.
17 *Tendit cum populo reges tentare genetrix,*
Spurcitiæ retinens aurea pocla manu.
18 *Vobis quod ſimplum dedit, illi reddite duplum:*
Luctus ſit tantus, gloria quanta fuit.
19 *Altum Alleluia cœleſtis concrepat Aula,*
Agno etenim eſt ſummi cœna parata Dei.
20 *Beſtia dat pœnam, pœnam dant pſeudoprophetæ,*
Dant & defunctus, mors, mare, diſque ſuos.
21 *Cœlum aliud cum terra alia lachrymiſq; priorum*
Abſterſis, Hieru cernitur inde ſalem.
22 *De ligno vitæ carpuntur poma ſalutis,*
Viuus perpetuas dat quoque riuus aquas.

FINIS.

Ioannis Epistola tertia.

1 AVdiona lætus, quod es officiosus in omnes,
Qui sine spe lucri verba sacrata docent.

Iudae Apostoli Epistola.

1 ARmat nos Iudas aduersus pseudoprophetas,
Quos fore Apostolicus dixerat antè chorus.

Apocalypsis beati Ioannis Theologi.

1 AVrea candelabra, senemq; podere ad amictum:
Et stellas videt, & significata capit.
2 Balaa qua docuit vates, ea Pergamus audit,
Admonet & Smyrnã, & cum Thyateira Ephesũ
3 Cassat mors Sardeis, renouantur Laodicenses:
Sub pedibus Satanam sed Philadelphus habet.
4 Deniq; cernuntur seniores bis duodeni,
Atq; animal quadruplex antè retroq; videt.
5 Exin tristatur quod librum nemo recludat,
Abstulit heptoceras, hunc q; recludit ouis.
6 Fratribus impletis, sumam de sanguine vestro
Vindictam, è cælo spendida stella cadet.
7 Grandi voce canit, plebis duodena tonantem:
Purificant vestes sanguine namq; suas.
8 Iguem flammiuomum dicit cum Thure Sabæo,
Iustorum sacras significare preces.
9 Leduntur quorum frontes, non certa tuentur
Signa Dei, interit & portio terna hominum.

10 Magna-

10 *Magnanimus veluti Leo rugiat, Angele clamas,*
Stans supra terram, naniferumq; mare.
11 *Non inhumabuntur cæsi pro nomine Christi,*
Sed dabitur rapidum scandere aduſq; polum.
12 *Ornatur mulier Phœbo Lunáque Michael*
Bellum viroſo cúmque Dracone gerit.
13 *Pronáque multiciput veneratur bellua, & audet*
Terræ ac cœlitibus bella mouere pijs.
14 *Quot ſint & quales, qui dicant carmina meſſem*
Demetit Angelica falce, botrúmque putat.
15 *Recluſo templo recitantur Cantica Moſi,*
Et ſeptem phialas ira cruenta replet.
16 *Stillant hæ in terram, pontũ, fluuium, aera, ſolem,*
Euphratem, inq; thronum beſtia ſæua tuum.
17 *Tendit cum populo reges tentare genetrix,*
Spurcitiæ retinens aurea pocla manu.
18 *Vobis quod ſimplum dedit, illi reddite duplum:*
Luctus ſit tantus, gloria quanta fuit.
19 *Altum Alleluia cœleſtis concrepat Aula,*
Agno etenim eſt ſummi cœna parata Dei.
20 *Beſtia dat pœnam, pœnam dant pſeudoprophetæ,*
Dant & defunctos, mors, mare, diſque ſuos.
21 *Cœlum aliud cum terra alia lachrymiſq; priorum*
Abſterſis, Hieru cernitur inde ſalem.
22 *De ligno vitæ carpuntur poma ſalutis,*
Viuus perpetuas dat quoque riuus aquas.

FINIS.